RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hoeppener

# [Diaskepses thiks Agnisma Decimumquintum, De Mansuetudine, Affabilitate, Urbanitate, Veracitate ...]

[Rostochii]: [Richelius], [1611]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818547472**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

P. Höppner (F. Rachel).
R.U. phil. 1610.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn818547472/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818547472/phys_0002
DFG

Συὺ θεῷ

ΔΙΑΣΚΕΨΕΩΝ ETHICARUM

Ἀγώνισμα Decimumquintum,

# DE MANSVETUDINE, AFFABILITATE, URBANITATE, VERACITATE,

MANSVETUDO EST VIRTUS, QUÆ IRÆ in vindicando & puniendo modum imponit. Donaldſon l. 3. ſynopſ. Eth. c. 8. p. 244. Keckermann. libr. 2. ſyſt. Eth. c. 8. p. 279. &ſeq. Gol. libr. 4. Eth. c. 5. ex 2. Eth. c. 7. 4. cor. c. 5. 1. M. M. c. 23. 3. Eudem. c. 3. libr. de virtut. & vit. *mihi edit. ſupra dict.* p. 373. 374.

Ἔκθεσις.

I. *Fuit Iuſtitia, quæ Actio Noſtra erga alios: ſuccedit Manſuetudo, quæ Aliorum erga nos.*

II. *Dignitatem & Neceßitatem ejus nobis inſigniter commendant* Lactant. lib. 6. Claudian. in Stiliconis laud. libr. 2. & libr. 4. de Honorij conſulatu, Senec. in libr. 2. de Clement. *& paßim* alij. *extant & inſignia de ea Sapientum* ἀποφθέγματα, ἐγκώμια *&c. quæ, qui ea lecturit, indagabit.*

III. *Dicitur autem Manſvetudo quaſi Manu (facta) aſſvetudo.* Calep. *vel quaſi Manui (facta) aſſvetudo, ut* Tidicæus in comment. libell. de virtutib. &c. p. 113. *quod omnia, quæ ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcant.* Calepin. *translata enim vox eſt à cicuratione brutorum, &c. quæ antea effrenia cum fuerint, freno induti ſe domari patiuntur & tractari, ac flecti ſecundum voluntatem hominum.* Tidic. DEFINITI I. Ετυμολογία.

IV. *Eſtq; plurium ſignificationum. Namq; Manſuetum* II. Ομωνυμία.

*VEL In genere illi, quod cicur eſt & placidum tribuitur,*

Tt quod

quod GRÆC. ἠπιοσὸν, ſive, quod pro eodem ſcribitur, ἠπιοτὸν, cui Plato in Polit. opponit τὸ ἄγριον. ἥμερον, cui Herodian. libr. 5. opponit τὸ ἀπήνεον. GERM. Zam/ gewennet/ dicitur.

VEL ſignificat Lentitudinem, quæ, ut infra, vitium defectus eſt.

III. Συνωνυμία. VEL denotat propriè, ut hic, virtutem inter Iracundiam & Lentitudinem medium ſervantem. Donaldſon.

V. Dicitur aliàs Placiditas, Cic. Placabilitas, Donaldſon. l. cit. Keck. p. 280. Humanitas, Calepin. Donaldſ. Lenitas, Calepin. Piccol. gr. 4. c. 29. Giphan. p. 304. Facilitas, Calepin. Clementia, Id. Donaldſ. Piccol. ll. citt. Caſ. lib. 4. ſpec. moral. qq. c. 5. p. 280. ex Terent. Adelph. act. 5. ſc. 4. & Cic. 1. offic. Quamvis Clementia virtus magis politica ſit, & regũ ac principum propria, Keck. l. cit. quamvis & Manſuetudo iram, Clementia pœnam moderetur. Caſ. p. 281. 286.

VI. GRÆC. πραότης 2. Eth. c. 7. 4. cor. c. 5. ſive πραότης, πραΰνσις 2. Rhet. c. 3. diceres & eandem χειροήθειαν: τὸ χειροήθες enim non ſolum (propriè) de manſueto & cicure animali dicitur, quo ſenſu Athen. libr. 8. κεσρεῖς χειροήθεις vocat, Sed & (metaphoricè) de hominibus prædicatur; quo ſenſu Demoſth. Olynth. 3. & Xenophon. in Oecon. & Luc. &c. voce hac utuntur. aliàs & τὴν πραΰνσιν & ἠπιότητα Manſuetudinem, ſive, Placabilitatẽ reddi conſtat.

☞. Quæres autem forte cur Phil. σχεδὸν Medium, ut & Extrema hic pronunciet ἀνώνυμα, cum πραότητος vox hic ſit commodiſſima? R. Magir. in comment. c. 5. libr. 4. Ethic. p. 376. quem vide.

GERM. Sanfftmut.

VII. Loquitur & hic Phil. in concreto: Rationem in ſuperioribus ἀγωνίσματι dedimus.

VIII. Deſinitur à Phil. 4. Eth. c. 5. μεσότης περὶ ὀργάς, eadem & ex 2. Eth. c. 7. περὶ ὀργὴν μεσότης definietur. 1. M. M. c. 23. μέσον ὀργιλότητος καὶ ἀοργησίας dicitur. (μεσότης quàm dextrè de Manſuetudinè & alijs virtutibus prædicetur, vide & ibid.) ex 3. Eudem. c. 3. μεσότητα τῆς χαλεπότητος καὶ ἀνδραποδωδίας ipſam deſcribas,

in libr.

in libr. de virtutib. &c. *talis ejus extat finitio:* πρᾳότης δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίνονται δυσκίνητοι. *ejusdem proprij effectus* ibid. ἐν τοῖς τῶν ἀρετῶν *recitantur. deniq; 2.* Rhet. c. 3. κατάσχεσις καὶ ἠρέμησις ὀργῆς *deſcribitur.*

DEFINITIONIS I. GENUS. II. OBIECTUM.

IX. *Deſinitionis GENUS liquet: OBIECTUM & FINIS quærenda.*

X. *OBIECTUM vel INTERNUM eſt, vel EXTERNUM.*

*ILLUD, quod* Keckermann. l. ſyſtemat. Eth. cit. *Objectum Immediatum dicitur, eſt ipſe Affectus Iræ, ſive Ira vehementior, quæ Iracundia dicitur,* Keckerm. l. cit. *appetitus iraſcendi,* Piccol. gr. 4. c. 29. *quem Manſuetudo moderatur, in puniendo & vindicando,* Donaldſon. p. 245. Magir. p. 376. & ſeq. Acciajol. p. 316. Caſ. p. 283. Gol. p. 170. *ut in attinentibus ad eum conſtanter præeligat quod decet.* Piccol. l. cit. λύπη ἡ ἀπὸ θυμοῦ γιγνομένη 3. Eudem. c. 3 *dicitur Objectum hoc* Phil.

☞ Σαφηνείας ἕνεκεν, *ecce hanc IRÆ deſinitionem, quod ſit Affectus animi cum vindictæ cupiditate ex contemptu noſtri aut noſtrorum ortus, ex* 2. Rhet. cap. 2. *ubi ſic* Phil. ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν, ἢ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως. *ejuſdem ſententiæ deſinitio extat & apud* Cic. 4. Tuſcul. qq & Poſſidonium. *confer &* Piccol. gr. 4. c. 29. Caſ. in ſpec. moral. qq. libr. 4. c. 5.

*HOC, quod* Keckerm. l. d. *Objectum Mediatum dicitur, ſunt ea, quæ iram in animo humano excitant: qualia ſunt, injuriæ, damna, & contemptus.* Donaldſon. p. 246. Keckermann. ibid. Magir. p. 377. Gol. p. 370. *imò omnia alia, quibus vel fama noſtra, vel bona noſtra, aut noſtrorum videntur lædi poſſe.* Magir. ibid. *& quidem contemptus potiſſimè, cum nil magis iram provocet, quam contemptus noſtri & noſtrorum.* Keckermann. Magir. ibid. *id quod & deſinitio* Phil. (*ſupra eam recitavimus*) 2. Rhet. c. 2 *ſtabilit.*

*Si placet hoc Objectum in Primarium & Secundarium ſubdiſtingue: ad illud, contemptum; ad hoc reliqua, injurias, damna &c. referendo.*

XI. *Duo hic obſervanda:* Donaldſ. p. 246. Gol. l. cit.

*1.* C A U S Æ: *quæ legitimæ ſunto, hoc eſt, vel ad cultus & honoris divini defenſionem, vel ad patriæ, parentum, reipubl. conjugum, liberorum, famæ, exiſtimationisque conſervationem & tutelam ſpectanto. vide* Donaldſon. l. cit. *Omnes igitur leviores cauſæ, quæ ad vindictam quandoque provocare poſſint, excluduntur.* Idem. *vide &* Keck. p. 282. can. 4. Magir. p. 378. *quem lege.* Gol. p. 171.

*II.* C I R C U M S T A N T I Æ: *quæ ſunt tres:*

*1.* P E R S O N A R U M ( *ante omnia religioſiſſimè excipimus Deum, cui Caligula apud* Svet. *iratus fuit) quæ improbæ erunt, &* ἀμεταμέλητοι, *hoc eſt, quæ admiſſorum ſcelerum pœnitentia non ducentur.* Donaldſ. ibid. Magir. p. 378. *quem vide.*

NB. *Improbas Perſonas dum dicimus, Parentes, Præceptores, Amicos, Sodales & bene monentes quoſcunque excipimus.* Ἀμεταμελήτους *dum dicimus, illos, qui vel per Imprudentiam peccant, vel pœnitentia peccati ducuntur, culpam ſeriò deprecantes, vel denique conſuetudine ad peccata adiguntur, excipimus.* Donaldſon. p. 247. Gol. l. cit. *faciunt & huc illa* Phil. 2. Rhet. cap 3. εἰ γὰρ ὀργίζονται τοῖς ὀλιγωροῦσιν, ὀλιγωρία δέ ἐστιν ἑκούσιον, φανερὸν ὅτι καὶ τοῖς μηδὲν τούτων ποιοῦσιν, ἢ ἀκουσίως ποιοῦσιν, ἢ φαινομένοις τοιούτοις, πρᾶοί εἰσι, καὶ τοῖς τἀναντία ὧν ἐποίησαν βουλομένοις. &c. καὶ τοῖς ὁμολογοῦσι καὶ μεταμελομένοις. ὡς γὰρ ἔχοντες δίκην τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς πεποιημένοις παύονται τῆς ὀργῆς, &c.

*2.* M O D I, *qui conſiſtit in ira frænanda, ne (1.) vel honeſtatis terminos excedat,* αἱ γὰρ κατ' ἀρετὴν πράξεις καλαὶ, καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα 4. Eth c. 1. καὶ τῆς ἀρετῆς ἐστι τέλος τὸ καλὸν 1. M. M. c. 20. *confer* Keck. p. 281. can. 2. *(2.) vel implacibilis permanendo rationibus non cedat, vide* Keck. ibid. can. 3. τάξιν *namque* τοῦ λόγου *ſequitur* ὁ πρᾶος, *ut jamjam ex* Phil. *(Ob oculos hic ſtatuenda eſt humanæ conditionis imbecillitas, & fragilitas, &c. Nihil enim ad miſericordiam ſic inclinat, atque proprij periculi cogitatio,* Auguſtin. *maximè cum peccatorum homines pœnitet.* Magir. p. 378.) *(3.) vel primo impetu quicquam fiat, cujus poſtea autorem pœniteat, vide* Keckerm. ibid. can. 1. βούλεται γὰρ ὁ πρᾶ-

ος

ος ἀτάραχος εἶναι καὶ μὴ ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλ' ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ, 4. Eth. c. 5. (*recenſendæ hic 24. Alphabeti literæ, ut* Athenedorus *Auguſt. Cæſar. monuit.*) (4.) *vel ira delicto major ſit. ſic enim major erit pœna, quam culpa, ut loquitur* Cic. 1. offic. οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Eth. l. cit.

3. TEMPORIS: *quod duo obſervanda ſuggerit:*

1. τὸ ΠΟΤΕ, *hoc eſt,* QUANDO, (1.) *ne nimis tardè in gravioribus,* (2.) *ne nimis citò ante cauſæ cognitionem in quibuscunque,* (3.) *ne in puniendo,* (4.) *ne in ſerijs conſultationibus,* (5.) *ne gaudij denique iraſcamur tempore.* Donaldſon. p. 248. &c Keckerm. p. 282. can. 7. Mag. p. 379. Gol. p. 172.

2. τὸ ΕΦ ΟΣΟΝ, QUAMDIU. *Non enim diu ira alenda eſt, ne in odium aut furorem vertatur.* Donaldſon. p. 249. Keck. ibid. can. 8. Magir. pag. 379. *quem vide.* Gol. pag. 172.

*Quæ omnia* Phil. 4. Eth. c. 5. *breviter ſic comprehendit.* ὁ μὲν οὖν ΕΦ' ΟΙΣ δεῖ, καὶ ΟΙΣ δεῖ ὀργιζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ΩΣ δεῖ, καὶ ΟΤΕ, καὶ ΟΣΟΝ ΧΡΟΝΟΝ, ἐπαινεῖται. πρᾶος δὴ οὗτος ἂν εἴη. &c. *lege &* 1. M.M. c. 23. 3. Eudem c. 3. in lib. de virtutib. & vit. περὶ τῆς πραότητος.

*Oblivioni & tradenda cauſa, quæ iram provocavit: alias namque recurrente cauſa, recurret ſemper effectus* Keck. p. 283. can. 9. *ut & omnes occaſiones iræ antevertendæ ſunt.* Magir. pag. 380. *quem vide. vox itaque mala hæc eſt:* Ich wils jhm wol vergeben / aber vergeſſen kan ichs nicht. Keckermann. ibid. Es iſt jhm wol vergeben / aber nicht vergeſſen.

XII. FINIS *eſt* τὸ καλόν. *id enim omnis virtutis finis.* 4. Ethic. c. 1. 1. M. M. c. 20. III. FINIS.

XIII. EXTREMA *duo ſunt:*

*Alterum Exceſſus,*

GRÆC. ὀργιλότης 2. Eth. c. 7. 4. eor. c. 5. 1. M. M. c. 23. libr. de virtutib. &c. ἐν τοῖς τῆς ὀργιλότητος. *item, ut ex* 3. Eud. c. 3. *patet,* χαλεπότης, *item* ἐξυθυμία, *ex* Maurit. libr. 2. Eth. c. 20. §. 5.

LAT. *Iracundia*, Donaldſon. p. 251. Keckerm. p. 284. Mag. p. 377. *Proclivitas ad iram* Magir. ibid. *iræ immoderatio, impotentiaq;* Goclen. in comment. c. 20. libr 2. Eth. Mauric. *Definiturq; vitium, quo in Ira præter juſtas & magnas ſatis cauſas quis excedit.* Donaldſon. Keckerm. ll.citt. Gol. p. 172. *vehementius iraſcens ijs, quibus non oportet, & propter quas cauſas non oportet, & quando non oportet, & non eo modo, quo oportet,* Magir. pag. 381. *Hoc vitio qui laborant,* ὀργίζονται οἷς ȣ̓ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς ȣ̓ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ θᾶττον, καὶ πλείω χρόνον. 4. Eth. c. 5. *congruit huc illa* χαλεπȣ̃, *quæ* 3. Eudem. c. 3. *traditur deſcriptio:* ὁ μὲν γὰρ χαλεπὸς τοιȣ̃τός ἐστιν, ὁ καὶ θᾶττον, καὶ μᾶλλον πάσχων, καὶ πλείω χρόνον, καὶ ὅτ' ȣ̓ δεῖ, καὶ ὁποίοις ȣ̓ δεῖ, καὶ ἐπὶ πολλοῖς.

GERM. Zornmütigkeit.

☞. *Differentia inter Iram & Iracundiam hæc eſt. Ira eſt motus, Iracundia habitus.* Lud. Vives libr. 2. de anima, cap. de enumerat. affect. Acciajol. p. 317. Riccobon. p 589. Caſ. p. 285. 287. Dan. libr. 3. Eth. Chriſt. c. 3. p. 316. b. *ſive, ut* Donatus, *Ira de cauſa eſt, Iracundia de vitio multum iraſcentis: & ſicut ebrioſus ab ebrio, timidus à timente, ſic iracundus ab irato differt. Iratus poteſt non eſſe iracundus; iracundus aliquando poteſt non iratus eſſe,* Senec. *licet tamen iracundia & ira pro* συνωνύμοις *ſæpè uſurpentur.*

*Eſtq; triplex.* 4. Eth. c. 5. in libr. de virtutib. &c. ἐν τοῖς τῆς ὀργιλότητος.

1. *Excandeſcentia* Donaldſon. p. 252. Keck. p. 284. Mag. p. 382. Acciajol. p. 317. *Incandeſcentia,* Keckermann. p. cit. *ervis animi concitatio,* Caſ. pag. 282. *aliquando Iraſcentia,* Calepin. *leſt Iracundia, qua ob levem cauſam ſubitò & apertè vehementiùs iraſcimur, ſubitoq; placamur.* ijdem. *Sive, Ira mox naſcens & mox ſubſiſtens, ut eam* Stoici *finiere, apud* Laert. libr. 7. & Cic. 4. Tuſcul. qq. οἱ μὲν ȣ̓̃ν ὀργίλοι ταχέως μὲν ὀργίζονται, καὶ οἷς ȣ̓ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς ȣ̓ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ παύονται δὲ ταχέως &c. συμβαίνει δὲ αὐτοῖς τȣ̃το, ὅτι ȣ̓ κατέχȣσι τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἀνταποδιδόασιν. ᾗ φανεροί εἰσι διὰ τὴν ὀξύτητα εἶτ' ἀπο παύονται, 4. Eth. c. 5. &c.

GRÆC.

GRÆC. *ἀκροχολία, quod χολὴ, hoc eſt, bilis ἐν ἄκρῳ, hoc eſt, in ſummo illis ſemper natet, qui hoc vitio laborant,* Donaldſon. Magir. ll. citt. *ex* 4. Eth. c. cit. *ἀκρόχολοι namq; qui huic vitio dediti ſunt, dicuntur.* Phil. ibid. *imò & ὀργιλότητα eam dicas licet: ὀργίλοι namq; hoc qui imbuti ſunt, dicuntur* Phil.

GERM. Entzündung mit gähem Zorn/ Calepin.

*Laborant hoc vitio plerumq; οἱ χολερικοὶ,* Mag. l. cit. *bilioſi,* Caſ. p. 282. *quos* Piccol. gr. 4. c. 29. *Supra modum celeres & bilioſos,* Riccobon. p. 590. *Summæ bilis homines vocat, in quibus fulva cholera videtur prædominari, quæ cum acuta & ſubtilis ſit, propter caliditatem ſuam facilè accenditur & elevatur, unde fit appetitus vindictæ.* Acciajol pag. cit.

2. *Amarulentia, quæ & Amaritudo* Acciajol. ibid. *Acerbitas, Iracundia ſpecialiter ſic dicta* Stoicis. *Furor* Caſ. p. cit. *eſt Iracundia, quâ tardè iraſcimur, ſed iracundiam ſemel conceptam tamdiu retinemus, donec vel vindictam fuerimus conſecuti* ( *παύει γὰρ ἑτέρου ὀργὴν μείζω ἡ παρ᾽ ἄλλου λειφθεῖσα τιμωρία πρότερον.* 2. Rhet. c. 3. & 4. Eth. c. cit. *καὶ πρᾶοι γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν.* Rhet. loc. cit) *vel diuturnitate eam concoxerimus.* (*παύει γὰρ ὀργὴν ὁ χρόνος.* Phil. ibid ) Donaldſon. p. 253. Keckermann. p. 285. Mag. pag. 382. *Iram inveteratam, odii plenam, & ulciſcendi tempus expectantem eam definiunt* Stoici. *οἱ δὲ πικροὶ δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται, κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν. παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀποδιδῷ, inquit* Phil. 4. Eth. c. d.

GRÆC. *πικρότης, πικρία, ex* 4. Eth. c. cit. *πικροὶ namq; dicuntur, quos hoc vitium infecit,* Phil. ibid.

GERM. Verbitterung.

*Laborant hoc vitio οἱ μελαγχολικοὶ,* Caſ. l. cit. *quos* Piccol. gr. & c. citt. & Riccob. l. cit. *Amaros,* Piccol. *Implacabiles,* Riccobon. *Acerbos vocat. Licet tamen* Acciajol. pag. 318. *Melancholicos ad tertiam Iracundiæ ſpeciem referat, utpote in quibus atra bilis, quæ etiam à quibusdam μελαγχολία dicitur, quæ quidem frigida eſt*

*& ſicca, &*

*& ſicca & materia groſſa, &, quia difficillimè diſſoluitur, perdurat diu.* Idem, *qui hoc* πικρότητος *vitio laborant, in parte* χολερικοὺς *appellari poſſe concedit; habent enim (inquit) bilem fulvam participantem de cholera nigra.*

3. *Crudelitas, quam &* Caſ. p. 282. *&* Acciajol. p. 317. *Acerbitatem dicunt: quam itē implacabilitatem, contumacem & beluinā feritatem, ex* Caſ. ibid. *diceres: (licet tamen Acerbitas rectius ad ſecundum, ut diximus, referatur genus.) quæ & Aſperitas,* Keckermann. p. 285. Magir. l. cit. *& ex* Goclen. diſp. Eth. 8. §. 12. *Animi aſperitas:* Donaldſon. p. 254. Gol. p. 173. *Sævities, ex* Goclen. l. d. *Difficultas, ut* alij, *eſt Iracundia pertinax & aperta, quæ absq; vindicta extraordinaria placari non poteſt.* Donaldſon. Keckermann. Gol. &c. ll. citt. χαλεποὺς δὲ λέγομεν, τοὺς ἐφ' οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ πλείω χρόνον, καὶ μὴ διαλλαττομένους ἄνευ τιμωρίας ἢ κολάσεως, 4. Eth. c. 5.

GRÆC. *dicitur* βαρυθυμία, in libr. de virtutib. &c. ἐν τοῖς τῆς ὀργιλότητος. χαλεπότης, *ex* 4. Eth. cap. 5. ἀγριότης, *hoc eſt, ferocitas, ex* Eudem. 3. c. 3. *quia, qui hac laborant,* χαλεποὶ *ſunt* καὶ ἄγριοι, *hoc eſt, difficiles, ſævi, duri, aſperi, feroces & crudeles adverſus eos, à quibus ſunt offenſi, vide* Piccol. gr. & c. citt. Riccobon. l. cit.

GERM. Grawſamkeit/ grimme Calepin.

*Laborant hoc vitio* οἱ πανωλέθριοι, *hoc eſt, pernicioſi,* Caſ. l. cit.

NB. *Non univerſa vitia plenè uni ineſſe ſimul,* οὐ μὴν ἅπαντά γε τῷ αὐτῷ ὑπάρχει. οὐ γὰρ ἂν δύναιτο εἶναι· τὸ γὰρ κακὸν καὶ αὑτὸ ἀπόλλυσι, κἂν ὁλόκληρον ᾖ, ἀφόρητον γίνεται. 4. Eth. c. 5.

## *Alterum Defectus,*

GRÆC. ἀοργησία. 2. Eth. c. 7. 4. eor. c. 5. 1. M. M. c. 23. ἀνδραποδωδία, ἀνοησία, *ex* 3. Eudem. c. 3. *quid ſi &* ἀναισθησίαν, *&* ἀναλγησίαν *eam diceres?*

LAT. *Lentitudo,* Cic. 1. epiſt. ad Q. Frat. *lentitudo animi,* Maurit. Eth. lib. & c. citt. §. 10. *Indulgentia nimia,* ibid. *lenitas nimia,* ibid. *Ignavia & nimia patientia.* Goclen. diſp. Eth. 8. §. 5. *eſtq; vitium, per quod non iraſcimur ijs de cauſis, aut ijs hominibus, aut ijs*

*modis*

*modis & temporibus quib. merito eſſet iraſcendum.* Mag. ibid. *Hoc qui infecti ſunt,* ἠλίθιοι *dicũtur* Phil. 4. Eth. c. 5. καὶ ἀνδραποδώδεις 3. Eudem. c. 3. ἐλλείποντες τῇ ὀργῇ 1. M. M. c. 23. *utpote* μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ μὴ ὡς δεῖ, μηδ' ὅτε, μηδὲ οἷς δεῖ &c. Eth. l. cit. *vide &* Eudem. & Acciajol p. 317. *tresq́; ob cauſas reprehenduntur quarum eſt 1. Fatuitas. 2. Servilitas. 3. Mollities. vide* Mag. l. cit. *&* Phil.

# DE AFFABILITATE,

*Quæ eſt virtus in converſatione familiari ſeria-honeſta oblectando mediocritatem ſervans.* Donaldſ. libr 3. ſynopſ. Eth. c. 9. p. 256. Keck. libr. 2. ſyſt. Eth. c. 7. p. 271. *alios facilè excipiendo, audiendo, cum ijs communicãdo, ita ut neminem offendamus, vel moleſti alicui ſimus.* Keck. l. cit. *ex* 2. Eth. c. 7. 4. cor. c. 6. 1. M. M. c. 29. 3. Eudem. c. 7.

Ἔκθεσις.

I. *Fuere, quæ in actionibus cùm Noſtra erga alios, tùm Aliorum erga nos præcipuè elucent virtutes, Iuſtitia & Manſuetudo: ſuccedunt eæ, quæ in familiaritate conſpiciuntur, ubi ratio habetur vel Jucunditatis, vel Veritatis.* Donaldſon. l. cit. *ex* Phil. 2. Eth. c. 7. *quas omnes ex* Græco Scholiaſte ὁμιλητικὰς *communi nomine vocant, hoc eſt, aptas ad* ὁμιλίαν, *hoc eſt, converſationem hominum in quotidiana vita,* Magir. in comment. c. 7. libr. 2. Eth. p. 169. & c. 6. libr. 4. cor. p. 386. & Giphan. in id. p. 309. *quippe quæ conveniunt in communi objecto,* περὶ γὰρ τὴν κοινωνίαν τῶν λόγων καὶ πράξεων, 2. Eth. cap. 7. 4. cor. c. 8. *verſantur.*

 *Jucun-*

DEFINITI. I. II. *Jucunditas autem cum ſit in Converſatione vel Seria, vel Jocoſa; Illiusq; ſit Affabilitas, Hujus Urbanitas; de utraq; porrò dicendum.*

Ετυμολογία. III. *Affabilitas.* LAT. *à verbo affari dicta ſtatim apparet, quod ex Ad & Fari compoſitum, alloqui (Græc.* προσφθέγγεσθαι, προσφωνεῖν*) ſignificat.*

IV. GRÆCIS *propriè quidem eſt* ἀνώνυμος, *dicitur tamen* Phil. 2. Eth. c. 7. 4. eor. c. 6. *confer &* 3. Eudem. c. 7. φιλία, παρὰ τὸν φίλον. *item* εὐπροσηγορία, φιλοπροσηγορία, Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 271. παρὰ τὸ εὖ, φίλον καὶ προσαγορεύειν, *quaſi Comitas & ſtudium alloquendi.* χαριεντισμός, Keckermann. l. cit. παρὰ τὸ χαρίεν, *quaſi gratioſitas, ab effectu: Sunt enim populares viri in hominum gratia* Maurit. libr. 2. Eth. c. 24. §. 1. *Licet tamen, ſi* Dion. Halic. in Iſocrat. *credimus,* χαριεντισμὸς *leporem & venuſtatẽ ſermonis ſignificet,* παρὰ τὸ χαριεντίζεσθαι, *quod apud* Plat. libr. 4. de Republ. & Theophraſt. *jocari, lepida urbanitate uti ſignificat. Unde potius nos* Χαριεντισμὸν τῇ Εὐτραπελίᾳ *fecerimus* συνώνυμον. *nec incommodè dicetur* εὐκολία, *ex* Plut. in Anton. *ubi vox hæc per morum facilitatem exprimitur, &* τῇ δυσκολίᾳ, *de qua infra, opponitur. deducitur autem* παρὰ τὸ κόλον, *hoc eſt, à cibo, & ſignificat propriè facilitatem in capiendo cibo, ſtomacho, quæ apponuntur, faſtidioſè non reſpuente:* κατὰ τρόπον *vero eam, quam dedimus, recipit ſignificationem* 1. M. M. c. 29. 3. Eud. c. 7. σεμνότης *habitus hic appellari videtur. ratio appellationis hujus, ſi modũ ejus, de quo* ἐκθέσ. 15. *ſpectabis, patebit. definiturq;* αὐθαδείας καὶ ἀρεσκείας μέσον. μεσότης, καθ' ἣν ὁ σεμνὸς τὰ μὲν, τὰ δὲ μὴ πρὸς ἄλλον ζῇ, καὶ πρὸς τοὺς ἀξίους οὕτως ἔχει. *ex* Eudem. *item,* μεσότης ἔχθρας καὶ κολακείας, (φιλίας *enim, cujus extrema* ἔχθρα καὶ κολακεία, *etiam huic ſtatuere licebit* συνώνυμον. *lege* Eudem. *ſed* μετ' ὀρθῆς κρίσεως.) καθ' ἣν ὁ φίλος μήτε πρὸς ἅπασαν ἡδονὴν μήτ' ἀκολουθεῖ, μήτ' ἀντιτείνει, ἀλλὰ πρὸς τὸ φαινόμενον βέλτιστον.

II. Ομωνυμία. V. *Significat autem Affabilitas*

1. *Naturalem aliquam ad ea, quæ Affabilitati objiciuntur, obſervanda inclinationem & promptitudinem.*

*Ipſam*

2. *Ipſum habitum circa ſermonis communicationem εὐπρεπῶς occupatum.* III.

VI. *Dicitur aliàs Affabilitas ſermonis.* Cic. 2. offic. *quatenus alios amicè alloquitur, ſalutat, confabulatur.* Goclen. in comment. c. 24. Συνωνυμία. libr. 2. Eth. Maurit. *Comitas (cujus definitio extat apud* Dan. libr. 3. Eth. c. 3. p. 320.) *Popularitas, (in principe)* Maurit. libr. Eth. & c. citt.) *Familiaritas. Facilitas,* Teren. in Adelph. act. 5. ſc. 4. (*Vocis hujus rationem pulcherrimè explicat* Goclen. in comment. cit.) *Humanitas, (& hujus vocis proprietatem* ibid. *vide)* Donaldſon. p. 256. Keckermann. p. 271. Piccol. gr. 4. c. 29. Magir. p. 387. Gol. p. 175. Gocl. diſp. Eth. 8. §. 16. *Alloquendi facilitas,* Calep. *quid ſi & Iucunditas? ex* Cic. 1. offic.

VII. GRÆCIS *dicitur, ut ante,* φιλία. 2. Eth. c. 7. 4. cor. cap. 6. *idq́; nominis non ex delectu, ſed neceſſitate, per, ut* Acciajol. in comment. h. c. p. 321. *ait, ſimilitudinem, ceu aſcititium & adventitium,* Giph. in id. p. 310. *poſſidet,* ὄνομα (ἴδιον) γὰρ οὐκ ἀποδέδοται αὐτῇ (ἕξει μέσῃ.) *ut,* Phil. utrobiq;. καὶ οὐκ ὠνόμασται ὁ μέσος, 4. Eth. *Μετωνυμίαν Efficientis* Donaldſon. p. cit. *hic ſtatuit. Quia conciliat homines Comitas Affabilitasq́; ſermonis.* Cic. 2. offic. *Propriè enim ſi loqui placet, differt* φιλία *(propriè dicta) ab hac virtute Formâ & Materiâ,*' Goclen. diſp. Eth. 8. §. 18. *illâ;* φίλος *namq́; cum iis, quos* φιλεῖ, *familiariter converſatur: Affabilis autem non propter amorem, ſed propter ingenium ſuum, quo omnibus facilis eſſe vult, talis eſt: hâc;* φίλος *erga amicos & notos: Affabilis erga quosvis familiaris eſt, &c. Differentiam illam* Phil. 4. Eth. c. cit. *notat his:* ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ (τῇδε ἀνωνύμῳ ἕξει). *Namq́; licet conveniat habitus hic* ἀνώνυμος, *(quem nos Affabilitatem dicimus) cum* φιλίᾳ *in eo, quod talis ſit Affabilis, qualem verum bonum amicum volumus (* τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, οἷον βουλόμεθα τὸν ἐπιεικῆ φίλον) *tamen inter utrumq́; diſconvenit, quod* στοργῆς πάθος *abeſt ab Affabili, quod ad eſt* φίλῳ. *Unde* Phil. *dictis addit hæc:* τὸ στέργειν προσλαβόντι. *& pergit:* διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους ἐστὶ καὶ τοῦ στέργειν, οἷς

ὁμιλεῖ. οὐ γὰρ τῷ φιλεῖν ἢ ἐχθραίνειν ἀποδέχεται ἕκαστα ὡς δεῖ, ἀλλὰ τῷ τοιοῦτος εἶναι· ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ γνωρίμους, καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις ποιήσει. *lege* & 8. Eth. c. 2. *idem innuit* Piccol. gr. 4. c. 28. *Affabilitatem hanc amicitiæ ſimilem pronuncians. vide* & Magir. p. 387. & Jov. Pontan. libr. 1. de ſerm. c. 26. Zvvinger. in tabb. Eth. libr 4. cap. 12. p. 115. *hic elegantes. Dicitur & alias, ut ſuprà* εὐπροσηγορία, φιλοπροσηγορία, χαριεντισμός, τρόπος ὁμιλητικός, Keck. l. *ſuprà* cit. εὐκολία, Scap. *item* πρᾳότης Goclen. in comment. c. 24. libr. 2. Eth. Maurit. φιλανθρωπία. ibid.

GERM. Freundlichkeit die Leut anzureden / Calepin. *vel ſimpliciter,* Freundlichkeit / Holdſeligkeit. Magir. p. cit. Leutſeeligkeit / Goclen. in comment. cit.

☞. *Loquitur & hic* Phil. *potius in Concreto, quam Abſtracto. ratio in præcedentibus* ἀγωνισμάτων *eſt explicata.*

VIII. *Definias eam ex* Phil. 2. Eth. c. 7. μεσότητα, δι' ἣν φίλος, ὡς δεῖ, ἡδὺς γίνεται. *ex* 4. Eth. c. 6. ἕξιν μέσην ἀρεσκείας καὶ δυσκολίας, καθ' ἣν ἀποδέξεταί (τις) ἃ δεῖ καὶ ὡς δεῖ. ὁμοίως ὃ καὶ δυσχερανεῖ. 1. M. M. c. 29. αὐθαδείας καὶ ἀρεσκείας μέσον, 3. Eudem. c. 7. μεσότητα. &c *definies.*

**DEFINITIONIS{**
**I. GENUS.**
**II. OBIECTUM.**

IX. *De* GENERE *Definitionis conſtat:* OBIECTUM & FINIS *inquirenda.*

X. OBIECTUM *vel* INTERNUM *eſt, vel* EXTERNUM.

XI. ILLUD *eſt ipſe Affectus, quem Affabilitas moderatur, Appetitus ſc. iraſcendi,* Piccol. gr. 4. cc. 28. 29. *Voluptas & Triſtitia ad ſermonem reſtricta, hoc eſt, non ut in genere actionis, ſed ut in uſu ſermonis utraq; reperitur* Caſ. p. 290. & ſeq. *ex* 2. Eth. c. 6. ἔοικε μὲν γὰρ (ὁ φίλος) περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας. *Delectatio reſtricta ad delectabilem uſum ſermonis.* Id. p. 292. *Oblectatio in ſeria converſatione.* Donaldſon. p. 257.

XII. *HOC eſt Ipſe Sermo,* Caſ. p. pr. cit. *communicatio ſermonis & actionum in quotidianis congreſſibus,* Mag. p. d. 2. Eth. c. 7. 4. eor.

c. 6.

c. 6. 3. Eud. c. 7. *qua* 1. M. M. c. 29. ἔντευξις *dicitur.* ἔστι δὲ, *inquit* autor eor. περὶ τὰς ἐντεύξεις σεμνότης.

XIII. *Partes quaſi duas habet:* Keckermann. p. 271. Maurit. l. 2. Eth. cap. 24. §. 1. Dan. l. 3. Eth. Chriſt. cap. 3. pag. 321.

1. *Facilitatem, quâ facilem acceſſum ad nos aliis præbemus, & alios inviſimus.*

2. *Suavitatem, quâ ſine offenſione & moleſtia cum aliis communicamus.*

*Quibus* Keckermann. curſ. Phil. diſput. 25. §. 36. *addit* 3. *quâ diſceſſuros à nobis convenienti tempore & modo dimittimus; juxta illud* Homeri,

Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

XIV. *Inſervit Affabilitati Lætitia aperta & Hilaritas.* Keckerm. ſyſtemat. Eth. p. cit Maurit. l. cit. §. 3. *cujus definitio extat apud* Dan. libr. 3. Eth. c. 3. p. 320.

XV. *MODUS hic excipiendus, quem deſcribit* Phil.

1. καθόλου, *h. e. Generaliter*, 4. Eth. c. 6. *quod ſit* καθ' ἣν ἀποδέξεται (ὁ φίλος) Α δεῖ, καὶ ΩΣ δεῖ, ὁμοίως δὲ καὶ δυσχερανεῖ. *item* καθ' ἣν ὁ φίλος ΩΣ δεῖ ὁμιλήσει.

2. Εἰδικῶς, *h. e. Specialiter: ubi hi obſervandi canones:*

AFFABILIS

1. *Habita perſonarum ratione, non temerè cum quibusvis converſabitur, ſed ſingulis pro dignitate, quod eis competit, tribuet.* Keckermann. p. 272. can. 2. Donaldſon. p. 258. Gol. p. 175. Mag. p. 388. n. 3. *ex* Phil. *qui ſic:* ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους, καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ (ὁ φίλος) ποιήσει. ΠΛΗΝ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει. οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν, οὐδ' αὖ λυπεῖν. *& paulò infra.* διαφερόντως δὲ ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ μᾶλλον ἢ ἧττον γνωρίμοις. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφοράς, ἑκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον. *in* 1. M. M. c. 29. *ſic habet autor:* ὁ σεμνός, ἀνὰ μέσον τούτων (αὐθαδείας καὶ ἀρέ-

ἀρεσκίας) ὤν, ἐπαινετός. ἔτι γὰρ εἰς πάντας, ἀλλὰ εἰς τοὺς ἀξίους, ἔτι εἰς ἐθένα, ἀλλὰ εἰς τοὺς αὐτοὺς τούτους.

2. *Pro honeſtatis utilitatisq́ tam ſuæ, quam eorum, quibus cum converſatur, ratione alios oblectabit.* Keckermann. p. 272. can. 1. Donaldſon. p. 257. Magir. pag. cit. num. 1. Gol. p. cit. (*Eſt enim finis ejus tum honeſtas, tum utilitas,* Goclen. diſp. Eth. 8. §. 22.) *aliàs non oblectabit ſed potius offendet, vel Seipſum; ſibi nocendo, dum alteri gratificari nititur: vel alios; talia narrando & communicando, quæ erant tacenda.* Keck. l. cit. Phil. 4. Eth. c. cit. *ſic:* ἀναφέρων γὰρ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, στοχάσεται (ὁ φίλος) τοῦ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηδύνειν. & καθ' αὑτὸ μὲν αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν. λυπεῖν δὲ εὐλαβούμενος. *In Oblectatione hæc eſt ipſa Converſatio, in qua Mediocritatem ſervat Affabilitas, ita ut eos, quibus cum verſatur, quantum honeſtas rectaq́ ratio patitur, delectet, non offendat. dicitur q́ hoc ejus* ἔργον (τὸ *Mediocritatem ſervare in converſando) Forma Affabilitatis princeps.* Goclen. diſp. Eth. cit. §. 20.

3. *Metas ſuæ virtuti figet, Ne omnia alij concedat, Sed quæ attulerit ille, quæ vel in Deum, vel bonos mores peccent, quæq́ ipſi dedecus damnumve aliquod allatura videantur, de ijs comiter eum admonebit, neq́ offenſionem metuet.* Keckermann. p. 273. can. 3. Donaldſ. p. 257. Gol. l. cit. Magir. l. cit. num. 2. *Et proinde non tam ſpectabit præſentem Voluptatem vel Moleſtiam, quàm eam, quæ ſecutura ſit.* Keckermann. ibid. can. 5. Donaldſon. p. cit. & ſeq. Gol. p. 176. Mag. l. cit. num. 4. *ex* Phil. *qui ſic:* τούτων γὰρ (ἡδονῶν καὶ λυπῶν) ὅσαις μὲν αὐτῷ ἐστι μὴ καλὸν ἢ βλαβερὸν συνηδύνειν, δυσχερανεῖ, καὶ προαιρήσεται λυπεῖν. κἂν τῷ ποιοῦντι δὲ ἀσχημοσύνην φέρῃ, καὶ ταύτην μὴ μικράν, ἢ βλάβην· ἡ δ' ἐναντίωσις μικρὰν λύπην, οὐκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ δυσχερανεῖ. & *paulò poſt:* τοῖς δὲ ἀποβαίνουσιν, ἐὰν ᾖ μείζω, συνεπόμενος· λέγω δὲ τῷ καλῷ καὶ τῷ συμφέροντι· καὶ ἡδονῆς δὲ ἕνεκα τῆς εἰσαῦθις μεγάλης, μικρὰ λυπήσει. *Hinc* Goclen. diſp. 8. Eth. §. 21. *Formam minus principem Affabilitatis ait, ut interdũ eos, quibus cum verſatur, ita dictante ratione, non delectet, ſed offendat.*

III. FINIS. XVI. FINIS, *eſt* τὸ καλὸν, *quem cum ſuperioribus communem habet.*

EXTRE-

XVII EXTREMUM duplex eſt, vel *Exceſſus*, vel *Defectus*.

*Illud in ſeria converſatione modum excedit, eóq́ præter honeſtatis rationem iis, quibus cum converſamur, in omnibus placere conantur.* Donaldſ. p. 259. Magir. p. 389.

LAT. *dicitur Simulatio Blanditia, Aſſentatio, Adulatio. Licet aliàs inter Aſſentatores & Adulatores illud diſcriminis quidam ſtatuant, quod* Phil. *inter* ἀρέσκους *&* κόλακας *ſtatuit, Hos ſc. commodi gratia, illos minimè, tales eſſe. verba* Phil. in Eth. *ſic habent:* τοῦ δὲ συνήδοντος, ὁ μὲν τοῦ ἡδὺς εἶναι στοχαζόμενος, μὴ διά τι ἄλλο, ἄρεσκος. ὁ δ᾽ ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ. *vide &* Magir. in comment. h. c. p. cit. *quanquam tamen id diſcriminis in latino idiomate, non uſqueadeò ſervetur: Namq́;* κόλαξ, *quem* Donaldſon. *adulatorem explicat,* p. 261. *à* Piccol. gr. 4. c. 29. *vertitur aſſentator. Rectiùs itaq́; videntur* τοῖς ἀρέσκοις *reſpondere, obſequioſi, placendi ſtudioſi, jucundi & ſimiles,* Piccol. l. cit. *quam aſſentatores: cum, ut dictum, Tò aſſentari & adulari* συνωνύμως *coincidant. Dicitur & obſecundatio, ex* Goclen. in comment. c. 24. libr. 2. Eth. Maurit. μέσον *tamen eſt vocabulum; explicat id* Goclen. l. cit.

GRÆC. Ἀρέσκεια, *ex* 2. Eth. c. 7. 4. cor. c. 6. 3. Eud. c. 7. ἀρεσκία 1. M. M. c. 29. εὐαρέσκεια, παρὰ τὸ ἀρέσκειν, *h. e. placere, quod ab* ἄρω, *vel à futuro* ἀρῶ *corrivant* etymologici. *Cum enim alicui placemus aut gratificamur, ei quodammodo nos accommodamus.* ἀνθρωπαρέσκεια, *item* κολακεία, *vel ut* Androcydes *medicus* apud Athen. l. 6. ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὁμιλίαις, *hoc eſt, ab adhæreſcendo aliorum converſationibus, ut paraſitorum ſecta exigit; vel* παρὰ τὸ κόλον, *hoc eſt, à cibo, quòd alienam menſam* οἱ κολακεύοντες *conſectentur, unde & iidem* παράσιτοι, Athen. libr. 6. *dicuntur: quem, ſi de hoc hominum genere plura lecturis, vide: & ut* Goclen. in comment. c. 24. lib. 2. Eth. Maurit. *vel* ἀπὸ τοῦ κόλου, *à mutilo, quod mutili & non integri ſint* οἱ κόλακες.

GERM.

GERM. Schmeichlerey/ Schmeichelred/ Schmeichlung/ Liebkoſung/ Ohrenred/ *ut* Calepin.

*Eſtq́ vitium in Regum & Principum aulis longè latèq́ regnans.* Donaldſon. p. 260 *unde & Adulationem ab aula dictam ſtatuit* Pontan. libr. 1. de ſerm. c. 13. *cumq́ eo plerumq́ eſt conjuncta animi & corporis levitas, & contemptus ejus, qui huic vitio ſe tradidit.* Keck. p. 273. *Deſcriptionem eorum, qui hoc vitio infecti ſunt,* 4. Eth. M. M. & Eudem. cc. citt. *vide.*

*Hoc in ſeria converſatione deficit, eóq́ ne in honeſtis quidem rebus cuiquã placere ſtudemus.* Donaldſon. p. 259. Keckerm. p. 274. *& præter rationem ac modum ab aliorum converſatione abhorremus, eorumq́ facta & dicta improbamus & ſugillamus.* Keckermann. l. d. Magir. pag. 390. *ſemperq́ contrarium defendimus.* Magir. p. 388.

LAT. *dicitur Moroſitas,* Donaldſon. Magir. &c. *Contentio* Caſ. p. 289. *& ex* Goclen. in coment. Eth. Maurit. lib. Eth. & c. citt. *Inhumanitas,* Maurit. libr. Eth. & c. citt. §. 2. *Auſteritas,* ibid. *nimia Gravitas,* ibid. *&* Dan. l. Eth. cit. *Difficultas, Intractabilitas, Aſperitas, Inaffabilitas, Acerbitas, ex* Goclen. in comment. c. Eth. Maurit. cit. *Pugnacitasq́, ex* eod. diſp. 8. Eth. §. 26.

GRÆC. *δυσκολία, à verbo κολλάω (rectiùs κολλάω legitur) agglutino: ut ſit δυσκολία, vitium mutuam amicitiæ conglutinationem impediens.* Magir. p. 390. *alijs παρὰ τὸ κόλον, quod τροφὴν, hoc eſt, cibum ſonat, ut ſit ſignificatio metaphorica. Δύσκολος enim propriè ſignificat eum, qui faſtidioſo eſt ſtomacho, κατὰ τρόπον verò eum, cui omnia dicta & facta ſtomachum & nauſeam movent. unde δυσκολία habitum utrumq́ connotat. dicitur & αὐθάδεια,* 1. M. M. c. 29. 3. Eudem. c. 7. *ἀπέχθεια, ex* Eudem. l. cit. *ἀπεχθημοσύνη.* Maurit. Eth. l. cit. *σκυθρωπότης,* ibid. *cujus deſinit. extat apud* Dan. 3. Eth. c. 3. p. 320.

GERM. Eigenſinnigkeit/ Vngeſchlachte der Sitten/ da einem nichts gut genug iſt. Calepin.

*Quos vitium hoc infecit δύσκολοι, ut paulo ante dictum, appellantur*

à Phil.

à Phil. item δυσέριδες, Il. Eth. citt. *hoc eſt, contentioſi, litigatores, controverſi*, Pontan. l. 1. de ſerm. c. 18. *Deſcriptionem eorum, qui huic vitio ſe dedidere*, 4. Eth. M. M. Eudem libr. & c. citt. *vide.*

# DE URBANITATE,

*Quæ eſt virtus in converſatione jucunda in ludis & jocis mediocritatem ſervans, eâq; rectè cum jocamur, offenſionem aliorum cavendo, & turpitudinem cùm in ſermone tùm actione vitando, tùm joca aliorum ferimus.* Donaldſon. libr. 3. ſynopſ. Eth. c. 10. Kecker. libr. 2. ſyſt. Eth. c. 7. p. 274. Magir. p. 404. *ex* 2. Eth. c. 7. 4. cor. c. 8. 1. M. M. c. 31. 3. Eudem. c. 7.

Ἔκθεσις.

I. *Abſolutæ virtuti, quæ in ſeria converſatione munus ſuum exequitur, ea, quæ in jocoſa cernitur, ſuccedit.*

II. *Urbanitas* LAT. *ab urbe dicta eſt*, Donaldſ. p. 264. Keckermann. ſyſtemat. Eth. l. d. *Metaphorica enim ejus eſt ſignificatio, tracta à moribus eorum, qui in urbibus agunt, utpote in quibus homines jucundius, quam in pagis, converſantur*, Keckermann. l. cit. *nempe quorum oratio vitaq; omnis lepore, ſalibus & venuſtate amœnius condita eſt, quam eorum, qui in agris agunt.* Calepin. Goclen. in comment. c. 25. libr. 2. Eth. Maurit. p. 206. DEFI-NITE I. Ετυμο-λογία.

III. GRÆC. εὐτραπελία, 2. & 4. Eth. 1. M. M. 3. Eudem. cc. citt. *Namq;* ἔυτροποι ἢ εὐκίνητοι (τοῦ γὰρ ἤθους αἱ τοιαῦται δοκοῦσι κινήσεις εἶναι. ὥσπερ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρίνεται, οὕτω καὶ τὰ ἤθη) *hâc fiunt homines, teſte* Phil. 4. Ethic. *hoc eſt, ut* Keckerm. & Magir. ll. citt. *explicant, facile poſſunt mores ſuos geſtusq; & ſermones ita comparare, ut alijs placeant*, περὶ τὸ εὖ καὶ τρέπειν.

Mag. ibid. Giph. p. 321. *vel etiam* ἀπὸ τῶν τρόπων. *Ex joco enim & ludo facile poſſunt cognoſci mores & ingenium hominum.* Magir. ibid. *quem vide.*

II. Ὁμωνυμία.

IV. *Eſt autem vox Urbanitatis æquivoca: Significat enim*

1. *Naturaliter, Inſitam quandam naturæ humanæ humanitatem.*

2. *Moraliter, Ipſum habitum, qui in jocis & ludis modum obſervare docet.* Donaldſ. p. 261. Caſ. p. 305.

3. *Civilitatem,* Goclen. in comment. Eth. Maurit. l. cit. & diſp. 9. Eth. §. 5. *ut hic:*

*Diceris urbanus, ſed non urbanus haberis,*
*Dum ceu vacca bibis, dum ſuis inſtar edis.*

V. *Sic &* εὐτραπελία *D. Apoſt. Eph.* 5, 4. & Phil. *teſtibus, eſt* ὁμώνυμος. *Præter enim Urbanitatem ſignificat Apoſtolo oppoſitum hujus virtutis, nempe abuſum jocorum & ſcurrilitatem, idq; propterea, quia Græci D. Apoſtoli tempore eos vocabant* εὐτραπέλους, *qui ſcurrilibus jocis alios oblectabant, atq; riſum captabant.* Keckermann. l. ſyſt. Eth. cit. *Quam ipſam ſignificationem &* Phil. Eth. 4. c. cit. *ut dictum, concedit, his:* ἐπιπολάζοντος δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ, καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες, *idq; propterea quod plæriq;, dum urbani in jocando videri volunt, modum excedunt, & ſcurræ fiunt, vide* Magir. p. 405. & Giph. p. 322.

III. Συνωνυμία.

VI. *Dicitur aliàs Comitas,* Caſ. libr. 4. ſpec. moral. qq. c. 8. *qui ſimul* eod. c. *illos, qui Comitatem Affabilitati ſtatuunt* συνώνυμον, *carpit, confuſionemq; hic temerè fieri pronuntiat. diſcrimen utriusq;* l. cit. *leges. Dexteritas. Comes enim & dexteri illi, qui hac virtute præditi ſunt, dicuntur.* Piccol. gr. 4. c. 29. *Comitatem autem à veteris comœdiæ ſalibus dictam autumat* Goclen. in comment. l. cit *Feſtivitas* Dan. libr. 3. Eth. Chriſt. c. 4. p. 327. b. *Facilitas. morum quaſi flexibilitas,* Mag. p. cit.

GRÆC. εὐτραπελία, *ut ſupra. item* εὐτροπία, ἐπιδεξιότης. Piccol. gr. 4. c. 29. τῇ μέσῃ δὲ ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστί. 4. Eth. c. cit. ἀστεισμός. *item* σκῶψις, *ſed (limitatè) in ea Ur-*

bani

banitatis parte, quæ ἐν τῷ λέγειν conſiſtit. de qua infra ἐκθέσ. 12. Familiaris namq; eſt Phil. vox σκώπτειν in c. 8. libr. 4. Eth. quæ & in M. M. c. cit. reperitur. Sed NB. eam ex eorum numero eſſe, quæ μέσα dicuntur: unde hic particulam τὸ εὖ ei addit, ut ὁ εὖ σκώπτων idem ſit, qui εὐτράπελος. dicitur & ἐμμελῶς σκώπτειν. 2. Rhet. attamen plerumq; mordacibus dicteriis facta deriſio τῇ σκώψει ſignificatur, in qua & reperitur apud Athen. l. 10. &c. unde & σκῶμμα Goclen. diſp. 9. Eth. §. 7. ſpeciem convitii, rectè ait, ex Phil. imò hic 2. Rhet. cap. 12. εὐτραπελίαν πεπαιδευμένην ὕβριν vocat. benè & εὐσκωμμοσύνη ex Poll. libr. 5. c. 45. dicetur. item χαριεντισμὸς· χαρίεις enim appellari videtur 4. Eth. qui medius hîc eſt. quid ſi & ἐλευθεριότης; ἐλεύθερος enim itidem, qui medio habitu hîc præditus eſt, ibid. dicitur.

GERM. Hoflichkeit. Calepin.

☞ Et hic in Concreto potius, quam Abſtracto loquitur Phil. ratio ſupra data eſt.

VII. Definitur ex 2. Eth. cap. 7. διάθεσις ἡ ἐν παιδιᾷ μέση. ex 4. Eth. c. 8. ἐν διαγωγῇ μετὰ παιδιᾶς, ſc. μεσότης. τοῦ ἐμμελῶς παίζειν μεσότης. Deſcribuntur n. εὐτράπελοι, ἐμμελῶς παίζοντες. in M. M. definitur βωμολοχίας καὶ ἀγροικίας μεσότης. ex 3. Eudem. cap. 7. μεσότης, καθ' ἣν ὁ εὐτράπελος τὰ μὲν εὐχερῶς καὶ ἡδέως προσίεται, τὰ δὲ μὴ, καὶ κατὰ λόγον, definies. DEFINITIONIS I.

VIII. GENUS cum ſuperioribus habet commune: OBIECTUM & FINIS enodanda. GENUS. II.

IX. OBIECTUM eſt vel INTERNUM, vel EXTERNUM. OBIECTUM.

X. ILLUD eſt ipſe jocandi affectus appetitusve &c.

XI. Hoc ſunt joci, ſales (lege hîc D. Chytr. in reg. vit. de Urbanit.) & ludi; Donaldſon. Keckermann. ll. dd. ſed quatenus inde eſt petenda medicina & relaxatio animi ad res ſerias promptius obeundas. Keckermann. l. cit. quem lege. δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι ἀναγκαῖον. 4. Eth. c. 8. unde Magir. in comment. h. c. p. 402, generatim huc refert objecti nomine ea, quæ

*animi recreandi gratia dicuntur, &c. Indicant hoc Objectum* M. M. *his:* ἔτι δὲ περὶ τὰ σκώμματα *ſc.* εὐτραπελία.

XII. *Diſtinguitur in partes duas (duo genera* Giphan. p. 323.) *Urbanitas.* Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 276. idem curſ. Phil. diſp. 25. §. 39. *ut ſit vel Activa, vel Paſſiva: quarum Illa conſiſtit* ἐν τῷ λέγειν τὰ γελοῖα, Magir. p. 405. οἷα δεῖ. Philoſ. Eth. 4. *hoc eſt, in jocis ijs, quos oportet, exercendis; Hæc* ἐν τῷ ἀκούειν γελοῖα, Magir. ibid. οἷα δεῖ Phil. l. Eth. cit. *hoc eſt, in jocis ijs, quos exercere oportet, ſi in nos dicantur, ferendis. Expreſſè partes hæ in* M. M. *exprimuntur.* ἔσται δ' ὁ εὐτράπελος διττῶς πως λεγόμενος. ὅ τε γὰρ ὁ δυνάμενος σκῶψαι ἐμμελῶς, καὶ ὃς ὑπομένει σκωπτόμενος, εὐτράπελος. *idem & in* Eudem. libr. 3. cap. 7. *alijs licet verbis, traditur.*

XIII. *Jocorum hic obſerventur diviſiones, quas* Magir. p. 408. *ex* Phil. 4. Eth. *colligit: Earum*

*Prima à rebus ipſis, hoc eſt, jocis deſumitur, illâq; in Liberales & Illiberales dividuntur. verba* Phil. *ex quibus diviſio hæc colligitur, hæc ſunt:* ἡ τοῦ ἐλευθέρου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους. *Illi ſunt, qui libero & ingenuo homine digni ſunt, &c. Hi ſunt, qui propter obſcœnitatem & turpitudinem verborum hominem liberum dedecent. Subdiſtinguunturq; hi in Eos, qui apertam* αἰσχρολογίαν *continent; quod jocorum ſcurrilium & flagitioſorum genus veteribus Comicis & Satyricis olim familiare fuit.* τοῖς *(intelligit, ut ex antecedentibus patet,* τῶν κωμῳδιῶν παλαιὸν γένος) μὲν γὰρ ἦν γελοῖον, ἡ αἰσχρολογία. Phil. *& Eos, qui tacitam* ὑπόνοιαν *alicujus ſceleris rei ve turpis habent; quo jocorum elegantiorum & tectiorum genere recentiores Comici uſi fuere.* τοῖς *(intelligit* τῶν κωμῳδιῶν καινὸν γένος) δὲ μᾶλλον *ſc.* γελοῖον ἦν ἡ ὑπόνοια. Phil. *vide & apud* Cic. libr. 1. Offic. *hanc jocorum diſtinctionem.*

*Secunda à perſonis eorum, qui jocantur, petitur. Sunt enim hi, qui jocantur, vel* πεπαιδευμένοι, *docti, vel* ἀπαίδευτοι, *indocti. verba* Phil. *ex quibus diviſio hæc jocorum petitur, ſunt hæc:* διαφέρει ἡ τοῦ πεπαιδευμένου παιδιὰ καὶ ἀπαιδεύτου. *Illorū Joci eruditione conditi ſunt &c.*

*Horum*

Horum minimè: ſed ſunt vel Inepti & importuni, vel Contumelioſi, vel Obſcœni & turpes. p. 409.

XIV. MODUS, quem ὁ ϖρυδαῖος ſervabit, ſequitur: iſq; duplex, pro duplici Urbanitatis parte.

GENERALITER autem is à Phil. deſcribitur, quod ſit, Ea, quæ ingenuum probumq; decent, & dicere & facere. τῇ δʼ ἐπιδεξίᾳ ἐςὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθερίῳ ἁρμόττει. 4. Eth. c. cit.

SPECIALITER autem

IN URBANITATE ACTIVA, hoc eſt, in jocis dandis, ut Magir. loquitur, hic eſt:

1. Urbanus honeſtos & liberales (vide Magir. p. 405. num. 1. qualesq; ipſe ab alio audiret, (eund. p. 407. n. 9.) eosq; tantum oblectationis gratia (eund. p. 406. n. 2. & p. 407. n. 8.) & prudentiæ, ſapientiæ eruditionisq; ſale conditos, (ne temerè dicteria in alios ſpargantur: Ioci enim contumelioſi facilè anſam rixis præbent, Keck. p. 276. imò τὸ σκῶμμα λοιδόρημά τι ἐςίν, οἱ δὲ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν. Phil. in Eth. nec unquam in alium, niſi bono animo & ſine joci dirigantur, neutiquā illum perſtringendo, ac in contemptum adducendo. Keckermann. p. 277. Goclen. in comment. c. 25. libr. 2. Eth. Maurit. lege & Magir. p. 406. n. 3.) & perſonis (ubi ſe & alios, cùm apud quos, tùm cum quibus jocatur, obſervabit. vide eund. pag. 406. num. 5. lectu hic digniſſimum, ut & Giph. p. 320. Pontan. libr. 5. de ſerm. c. 1.) locis atq; temporibus (de utroq; lege inſignem Magir. p. 407. n. 6.) accommodatos proferet jocos. Donaldſon. p. 262. Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 275. Phil. c 8. Eth. in ſpecie Modi hujus non meminit, quibus jocis &c. ſit utendum Urbano, πότερον οὖν, inquit, τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριςέον τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθερίῳ, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν. ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον, ἀόριςον. ratio eſt: quia aliud alij odioſum, & jucundum eſt, ἄλλῳ γὰρ ἄλλο μισητόν τε καὶ ἡδύ. Unde urbanus ipſe ſibi lex erit: ὁ δὴ χαρίεις καὶ ἐλεύθερος οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ. & in M.M. c. cit.

 in genere

in genere ſic deſcribitur Urbanus: ὁ δ' εὐτράπελος (ἐστιν ὁ) ἀνὰ μέσον τούτων (βωμολόχου καὶ ἀγροίκου) ὁ μήτε πάντας καὶ πάντως σκώπτων, μήτ' αὐτὸς ἄγροικος ὤν.

2. Τὸ Nimium à jocis aberit: Ne nimis multi & frequentes ſpargantur, ſic enim gratiam ſuam deperdent Keckermann. ibid. can. 2. lege & Magir. p. 406. num. 4. ubi inprimis lectu dignum, quod ait, propter hanc cauſam jocos à Lat. Sales dictos eſſe, quod non debeant eſſe nimii, ſed inſtar condimenti, quo orationem condiamus.

3. Non quicunque jocos ſectabitur: non enim omnibus, ut πεφυκότως, hoc eſt, naturali quadam inclinatione & gratia, non coactè, non affectatè jocentur, quod Phil. 3. Rhet. c. 12. exigit, datum eſt:

4. Nec joci ex tempore fingendi, ſed legendæ jucundæ hiſtoriæ aliorum, & eæ in communi converſatione pro jocis narrandæ. Keckerm. ſyſtemat. Eth. p. 276. can. 1.

5. Cauſa denique adeſto jocis, nempe Occaſio, ne temerè in eos ſpargantur, qui non laceſſiverunt. vide Magir. p. 407. n. 7.

IN URBANITATE PASSIVA

Modus qui ſervandus eſt, ex Activæ modo intelligitur. Quod enim benè à bono dicitur, id benè à bono audietur. Jam verò non omnia faciet, οὐ δὴ πᾶν ποιήσει. Ergo neque omnia audiet, ſed, ut dictum, Quid, Quibus, Ubi, Quando, &c. dicat, Quid, Ubi, Quando, à Quibus audiat, judicabit Urbanus: lex quippe qui ſibi erit.

Modus hic non expreſſè a Phil. exprimitur, ſed in genere tantum, nempe ut ea audiat Urbanus, quæ ipſe libenter fecerit. Ea enim quinque ipſe facere videtur, quæ libenter audit. verba Phil. hæc ſunt: ἃ γὰρ ὑπομένει ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ. Generatim itaque ecce hunc ex Magir. pag. 408. canonem:

Urbanus jocos honeſtos, liberales, eruditos, perſonis, locis & temporibus convenientes audiet. &c.

III. FINIS.

XV. FINIS eſt τὸ Καλὸν, commune huic cum ſuperioribus.

XVI. EXTREMUM duplex eſt:

Alterum Exceſſus, quo in jocando modus exceditur, Donaldſon. p. 263. vide & Dan. libr. 3. Eth. c. 3. p. 320. b.

*neq; pietatis, neq; honeſtatis, neq; perſonarum, neq; temporis, neq; loci reſpectum habendo,* Calepin. Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 277. *Egregiam hujus explicationem, vide apud* Magir. p. 410.

LAT. *dicitur Scurrilitas,* Donaldſon. Keckermann. ll. citt. *Scurram quidam (ut* Calepin. *autor eſt) à ſequendo dictum volunt, quòd id genus homines ſequi ſoleant opulentiores, aliquid promerendi cauſa,* Magir. pag. 404. 409. & ſeq. *Scurram* παρὰ τὸ σκῶρ, *quod ſtercus, oletum, merdam ſonat, deductum vult: quia ejusmodi nugatores & ſcurræ plerumq; ſint homines impuri, qui obſcœna proferant, & tanquam ſtercore alienam famam & exiſtimationem impuris ſuis convitijs inquinare cupiant. Dicitur ex* Ciceron. l. 2. de Orat. *Dicacitas. item, Nugatio, Loquacitas, Garrulitas,* Mag. p. 404. *dicetur & ea* κατ᾽ ἀειφερων, *turpis & procax dicacitas; item, Sermo alios inceſſans: ſic enim* Quintil. *Dicacitatem deſcribit. item, Scurrilis dicacitas.* Cic. 2. de Orat. *item, Illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum, nec libero homine dignum jocandi genus, (idq;) præſertim ſi rerũ turpitudini adhibeatur verborum obſcœnitas.* ex eod. 1. offic. *Iocorumq; & ludorum profuſio.* Maurit. libr. 2. Eth. c. 25. §. 2.

GRÆC. βωμολοχία, 2. Eth. c. 7. 4. cor. c. 8. 1. M. M. c. 31. *à* βωμὸς, *ara,* & λέχομαι, *jaceo, aut inclinato corpore accubo,* Mag. p. cit. *ſive, à* βωμὸς, & λόχος *inſidia, ut* Scap. *placet, quaſi ſit* βωμολοχία τὸ λοχᾶν τοῖς βωμοῖς. βωμολόχοι *enim aves dictæ ſunt aris inſidiantes, ut, ſi quid ex hoſtijs remaneret, id abligurirent.* Giph. p. 321. *ex Græco Scholiaſte. utramq;* ἐτυμολογίαν Keckermann. *approbat. hic enim* βωμολοχίαν, *quaſi latentiam, inſidiasve poſt aram explicat. Erant autem* βωμολόχοι *leviſſimi homines, qui aras ſectabantur, ut in Deorum ſacrificijs, poſt peracta ſacra, populum oblectarent geſtu, vel voce, atq; ita ex ſacrificiorum reliquijs ventres ſaginarent. Germ.* Opfernarren/ Keck. ſyſtemat. Eth. p. 277. monit. 1. Goclen. in comment. Eth. Maurit. c. cit. *vide &* Magir. p. 403. & ſeq. Giphan p. cit. *Dicitur &* εὐτραπελία, *vide ſupra* ἐκθ. 5. ἀδολεσχία, Mag. pag. cit. *(licet* ἀδολεσχία *propriè ad Scurrilitatem Paſſivam, quæ delectatur nugacitate ſeu futilibus & inutilibus nugis, referatur.* Goclen. in

com-

comment. Eth. Mauric. c. cit.) item φορτικία, φορτικοὶ enim, h. e. Ridiculi, qui venenum hujus vitij imbibere, dicuntur Phil. Eth. c. cit. & 3. Eudem. c. 7. Piccol. gr. 4. c. 29. quos & φλεδόνας, φλυάφους, φλυάρους, φλύακας dixeris. item γελωτοποιΐα. γελωτοποιοὶ enim illi, quorum unica hæc eſt profeſſio, ut riſum moveant, dicuntur. Keck. ſyſtemat. Eth. p. 278. monit. 2. & phraſi τοῦ γέλωτα ποιῆσαι etiam utitur Phil. in explicanda natura τοῦ βωμολόχου. tales ſunt moriones in aulis, Die Hoff vnd Tiſchnarren. hos & γελοιαστὰς cum Heſych. dixeris: licet tamen & in bonam partem vocula γελοιαστὴς accipiatur Urbanum ſignificans. Patitur enim eandem μεσότητος ſortem, quam εὐτράπελος. Quare? vide ſupra θ. 5. Deſcribuntur à Phil. in 4. Eth. Exceſſu hoc vitio laborantes ſic: οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοὶ, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τοῦ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον. & ὁ δὲ βωμολόχος, ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος, εἰ γέλωτα ποιήσει. καὶ τοιαῦτα λέγων, ὧν οὐδὲν ἂν ὁ χαρίεις εἴποι· ἔνια δ' οὐδ' ἂν ἀκοῦσαι. & 1. M. M. c. 31. ὅτι γὰρ βωμολόχος ἐστὶν ὁ πάντα καὶ πᾶν οἰόμενος δεῖν σκώπτειν.

GERM. Speywerck/ Leichtfertigkeit mit Lecherlichen vnd vngereimpten reden/ Schampare Schimpfpoſſen/ ex Calepin.

Licet verè hoc vitij genus cum Multiloquio coincidere videatur, in hoc tamen differunt: Quod Scurrilitas ad verba ratione honeſtatis: Multiloquium ad eadem reſpectu ſuperfluitatis referatur. D. Thomas 2. 2. quæſt. 35. articul. 5. Subſervit tamen Scurrilitati Multiloquium.

Vitij hoc genus Paraſitis, & qui ſervilis ſunt ingenij, eſt familiariſſimum.

*Alterum Defectus*, quo in jocando à modo deficitur, utpote dum nec ipſi proferre, nec aliorum perferre jocos valemus. Donaldſon. p. 264. Pulchram hujus extremi deſcriptionem vide apud Magir. p. 410. & Dan. libr. 3. Eth. Chriſt. c. 3. p. 320. b.

LAT. dicitur q. Agreſtitas. Keckerm. ſyſtemat. Eth. p. 279. Dan. l. cit. Mauric. libr. 2. Eth c. 25. §. 2. & ſeq. Ruſticitas, (quæ vox & alias Græcorum δυσωπίᾳ συνώνυμος eſt, ineptam

*tam & timidam verecundiam denotans.* Calepin.) *à Subjecto: quæ Notatio & in græcis vocibus obſervatur, quia inagreſtibus, hoc eſt, agrorum ruriſve incolis, utpote ad elegantiorem vitam minus aſſuefactis, utplurimum reperitur. vide* Donaldſon. p. 264. Keckermann. l. d. *Dicitur & Moroſitas, Inurbanitas,* Magir. p. 404. *Inſulſitas,* Maurit. l. Eth. cit *Inſulſos enim* Piccol. gr. 4. c. 29. *vocat hoc vitio laborantes. Stupiditas.* Maurit. ibid. § 3.

GRÆC. ἀγροικία. Phil. 2. Eth. c. 7. 1. M. M. c. 31. *& ex* 4. Eth. c. 8. & 3. Rhet. ἀγροικότης, Dan. Eth. Maurit. ll. dd. δυστραπελία, 3. Eudem. cap. 7. σκληρότης, *hoc eſt, morum quædam durities,* Magir. p. 404. *ex* Phil.

*Deſcribuntur à* Phil. 4. Eth. c. 8, *ſic:* οἱ δὲ μήτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μηδὲν γελοῖον, τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες, ἄγριοι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι. & ὁ δ' ἄγροικος, εἰς τὰς τοιαύτας ὁμιλίας ἀχρεῖος, οὐδὲν γὰρ συμβαλλόμενος, πᾶσι δυσχεραίνει. & in M. M. c. cit. ἔστι ἄγροικος (ἐστὶν) ὁ μήτε σκώπτειν βουλόμενος δεῖν, μήτε σκωφθῆναι, ἀλλ' ὀργιζόμενος.

GERM. Bewriſche grobheit/ *Sed generaliùs. item* Unlieblig-keit der Sitten/ Calepin. *propriè,* Grobheit in reden.

# DE VERACITATE.

*Quæ eſt virtus in veritate ſine additione aut diminutione mediocritatem ſervans.* Donaldſon. libr. 3. ſynopſ. Eth. c. 11. p. 265. *ut oratio, geſtus & omnis vitæ noſtræ actio cum mentis noſtræ ſententia, cum voluntate & affectu noſtro conveniant, atq; adeò per quam ita agimus, & loquimur, ut ſentimus & affecti ſumus &c.* Keck.

&c. Keckermann. libr. 2. ſyſtemat. Eth. c. 9. p. 287. ex 2. Eth. c. 7. 4. cor. c. 7. 1. M. M. c. 33. 3. Eudem c. 7.

DEFINITI I.

Ἔκθεσις.

I. *Fuere virtutes, quæ in Familiaritate Τὸ Iucundum ſpectant, ſuccedit quæ Veritatem.*

Ἐτυμολογία.

II. *Veracitas (veniam autem* Dan.. libr. 3. Eth. c. 6. p. 337. b. *huic voci impetrat.) à vero (Grammaticè) deducitur,* Donaldſ. l. cit. *Verum autem à particula V E, quæ vehementiam ſignificat, & R E S, deductum autumant, quaſi non verborum manu ſonitus, ſed ſolida res.* Calepin. *licet* Donaldſon. *Verum à Vere (ablat. à Ver) deflectat, quoniam verno tempore ☉ in ♈ ingreſſo, omnia verè naſcantur, quæ alijs temporibus ſæpè deficiant.*

III. *GRÆC.* Ἀλήθεια, *(quam* Iamblichus ἀπὸ τῶν θεῶν *derivavit, utpote quæ ad Deos noſtram curam & intentionem dirigat, &c.* Stob. ſerm. 11.) *ab* α στερητικῷ, & λαθεῖν, *quaſi* ἀλάθεια. Scap. *q. d. non latentis,* Keck. ſyſtemat. Eth. p. 288. *quaſi* ἡ λανθάνουσα, *non latens,* Mag. p. 394. *quod ſemel eruta minimè latere poſſit: aut contra, ut* α *ſit epitat. quod veritate nil ſit occultius.* Scap. *alijs ex* α *privat. &* λήθη, *oblivio, dicta traditur, ut ſit quaſi carentia oblivionis: Nulla enim eſt in veritate oblivio, quæ mendacij comes eſt.* Platoni *(alluſivè) quaſi* θεία ἄλη, *hoc eſt, divina quædam animi vagatio & anxietas dicitur.*

II. Ὁμωνυμία.

IV. *Æquivocum autem Τὸ Verum: Namq; ſignificat*

1. *Concretivè, id, quod ita eſt, ut dicitur. ſic* Perſius Satyr. 1.

*Sed quid opus teneras mordaci radere vero*
*Auriculas?*

2. *Abſtractivè, veritatis habitum.*

3. *Bonum, æquum & juſtum. ſic* Horat. libr. 1. epiſtolam epiſt. 7.

*Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt.*

& Virgil. libr. 12. Æneid.

*Quæcunq; eſt fortuna, mea eſt, me verius unum*
*Pro vobis fœdus luere & decernere ferro*

4. *Veridicum, hoc eſt, eum, qui vera dicit. ſic* Terent. in Andr.

*Sum Verus?*

ſ. Id

5. *Id quod per ſe quis ſuſcipit, non alterius monitu, unde nec alteri idem tribui debet. Sic Æneas apud* Virgil. 12. Æneid. *ait.*

*Diſce puer virtutem ex me, verumq́ laborem,*

*Fortunam ex aliis.*

*Deniq́ Tò Verum theoreticè & practicè in Philoſophia uſurpatur: Illo modo, ut mox ἐκθ. 5. dicetur, ad ſcientias theoreticas & non politicas refertur,* Giph. p. 313. *Hoc coincidit cum τῷ veraci. vide* Keckerm. ſyſtemat. Eth. p. 288. Magir. p. 393. Caſ. p. 298. *confer & ea, quæ ex* eod. p. 294. *jam ἐκθ.* ſeq. *dicemus. habet & hanc veritatis ὁμωνυμίαν* Goclen. in comment. c. 22. libr. 2. Ethic. Mauric.

*Veritas Moralis iterum eſt æquivoca. Nam ſumitur*

*VEL ſtrictè, quoad perſonam, cui ineſt: qua ratione ſermonem tantum complectitur.*

*VEL fuſè, quoad materiam in qua verſatur: qua ratione omnem vitæ actionem reſpicit.* Caſ. p. 295. *Utroq́ autem reſpectu Veritas hic conſideratur. vide demonſtrantem id* eund. l. cit. III.

*V. Dicitur aliàs LAT. Integritas, Candor, Sinceritas, Veritas,* Donaldſon. l. d. Magir. p. 393. Gol. p. 17. *Differt tamen, ſi proprietatē ſectabimur, à Veritate, quod Veritas aliquando (in SS) ipſum Deum, ut Ioh. 14, 6.* Donaldſon. *aliquando (in SS) Iuſtitiam in genere,* Goclen. diſp. 8. Eth. coroll. 9. *aliquando tranſcendens, idq́ bifariam: vel cohærens cum rebus, ut eſt quædam entis proprietas: vel per ſe ſubſiſtens, ut eſt infinitum & incommutabile bonum, ad quod omnia referuntur.* Caſ. p. 294. *aliquando conſenſum rei & intellectus, conformitatē ve animi ad rem intellectam, διάνοιαν ἢ λόγον σύμφωνον τῷ πράγματι, in qua ſignificatione & Logica veritas dicitur.* Goclen. in comment. cit. Donaldſ. Caſ. ll. dd. *aliquando integritatem animi, aliquando veram cognitionem, aliquando etiam naturalem notitiam,* Goclen l. cit. *ſignificat: Veracitas autem tantùm habitum dicendi verum in congreſſibus.* Donaldſon.

Συνωνυμίαι.

*GRÆCIS ἀνώνυμ☉ hæc eſt virtus:* 4. Eth. c. 7. *Ἀληθείας namq́ vox magis pertinet ad Intellectum, quam ad Morales virtutes,* Magir.

Magir. p. 394. *Dicitur tamen ſumpto & aſcito nomine* Giph. p. 313. (λεγέσθω *inquit* Phil. 2. Eth. c. 7.) Ἀλήθεια. *& benè* ἀληθότητα *ex* Dionyſ. Areop. *eam dixeris. item* ἀληθολογίαν, *item, ut* c. 22. §. 4. libr. 2. Eth. Mauric. ἀλήθευσιν, φιλαλήθειαν.

GERM. Luſt vnd liebe zur Warheit.

*Loquitur & hic* Phil. *in Concreto propter cauſam in præcedentibus* ἀνωνύμασιν *allegatam.*

VI. *Deſinias eam ex* Phil. 2. Eth. c. 7. περὶ τὸ ἀληθὲς μεσότητα. 4. eor. c. 7. τῆς ἀλαζονείας μεσότης *dicitur:* καθ' ἣν ὁ ἔμμεσος (ἀληθευτικὸς) τὰ ὑπάρχοντα ὁμολογεῖ εἶναι περὶ αὑτὸν, καὶ οὔτε μείζω, οὔτε ἐλάττω *ex* 1. M. M. c. 33. & 3. Eudem. c. 7. εἰρωνείας καὶ ἀλαζονείας μεσότητα *definies,* (Ἀλήθεια δ' ἐστὶ μεταξὺ εἰρωνείας καὶ ἀλαζονείας *inquit autor.*) καθ' ἣν ὁ ἀληθὴς οὔτε πλείω ὑπαρχόντων, οὔτ' ἐλάττω αὑτῷ προσποιήσεται· ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ταῦτα φήσει εἶναι καὶ εἰδέναι. M. M.

DEFINITIONIS I. GENUS. II. OBIECTUM.

VII. GENUS *idem cum ſuperioribus commune habet:* OBIECTUM *age &* FINEM *quæramus.*

VIII. OBIECTUM *duplex eſt:* INTERNUM & EXTERNUM.

IX. ILLUD *eſt ipſe Affectus, quem moderatur Veracitas.*

X. HOC *eſt ipſum Verum (non ut theoreticum eſt, vel in eſſendo, vel cognoſcendo, ut* Fonſec. in 4. metaph. Ariſt. c. 2. Iavell. lib. 6. metaph. q. 13. *ſed ut in ſignificando eſt, non autem, ut in pactis & conventis, ſic namq; ad Iuſtitiam pertinet,* Piccol. grad. 4. cap. 29. ex Phil. 4. Eth. cap. 7. *ut infra. Sed) verbis aut factis ita expreſſum, ut in iis nihil fictum aut falſum inveniatur* Donaldſ. *Rectiùs* Gol. pag. 177. *qui indeterminatè* τὸ *Verum, non ut expreſſum verbis aut factis, ſed prout in ſermone, actionibus, moribus, geſtu corporis, tota deniq; vita conſideratur, Objectum hic ſtatuit. Dicitur* Phil. 2. Eth. c. 7. ἀληθές. περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθές, ὁ μὲν μέσος ἀληθής τις, &c. *idq;* ὁμοίως ἐν λόγοις καὶ πράξεσι καὶ τῷ προσποιήματι. Keckerman. ſyſtem. Eth. p. 288. Goclen. in comment. Eth. Mauric. *ſub finem.*

tem

rem ipſam, de qua aliquid ſignificandum eſt, tum ſermonem, vultum, geſtum & omnes vitæ actiones, tanquam ſigna, per quæ aliquid ſignificamus Objectū Veracitatis aiunt. Magir. p. 394. Communicationem ſermonum & actionum in quotidiana vita; non verò in judicijs & teſtimonijs, Acciajol. pag. 325. verba Phil. 4. Eth. ſupra citata hæc ſunt: ὀ γδ̀ περὶ τ̃ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντ☉ λέγομεν· ὀδ᾽ ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συντείνει· ἄλλης γδ̀ ἂν εἴη ταῦτ᾽ ἀρετῆς· ἀλλ᾽ ὅσαν μηδενὸς τοιέτου διαφέροντ☉, καὶ ἐν λόγῳ, καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύῃ, τῷ τὴν ἕξιν τοιῦτ☉ εἶναι. & 1. M. M. c. 33. ſic habet autor: ἔστι δὲ περὶ λόγες (ἡ ἀλήθεια) ὀ πάντας δέ.

XI. MODUS age, quem Verax tenebit, ſuccedito: Quo VIR Verax & Candidus nec (ἔστι ᾗ τέτων ἕκαστα, καὶ ἕνεκά τιν☉ ποιῶν καὶ μηδέν☉. 4. Eth.) ſui commodi cauſa, nec alterius gratia (Eſt enim αὐθέκαστ☉, καὶ ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ. ibid.) in ſingulis dictis & factis ſibi ſimilis, ſibiq́ conſtans perpetuò, non tantum in ſermone, ſed etiam in vita, Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 289. can. 3. Magir. p. 395. Veritati quidquam addet aut detrahet, ſed ſolius virtutis, nempe Veracitatis amore (ſecundum habitum, ut Acciajol. p. 325. dicens veritatem, ut dicat, ut Giphan. p. 313) id de qualibet re affirmabit, quod ſua natura eſt, (Eſt enim ἐπιεικής, Phil. l. Eth. cit.) ita tamen ut habita Prudentiæ, quæ Veracitatis directrix, ratione, pro circumſtantijs ſeſe offerentibus, non ſemper omne verum dicat, ſi maximè partem veri dicere teneatur. (vide Keckermann. ſyſtem. Eth. p. 290. can. 6. & Goclen. diſp. 8. Eth. §. 30. qui ait: Per accidens non ſemper Veritatem τὸν Veracem ſequi, ita ut actiones extremorū aſſumat, non habitum. Confer & Probl. 108. in qq. Eth ejuſd.) ſuaq́ magis extenuabit, (Eſt enim ἐλαττωτικὸς· habetq́ Extenuatio ſpecimen modeſtiæ, Kecker. ibid. p. 289. can. 4. Magir. p. 396. ἐμμελέστερον γδ̀ φαίνεται ſc: τὸ ἐπὶ τὸ ἔλαττον τ̃ ἀληθοῦς ἀποκλίνειν· διὰ τὸ ἐπαχθεῖς τὰς ὑπερβολὰς εἶναι 4. Eth. ea ſcil. quæ eſt Veracis, utpote quæ non diſcedit à medio unde Phil. eam τὸ ἔλαττον τ̃ ἀληθοῦς ait: ſed partem veri reticet, dum non omnia, quæ Subjecto ſuo inſunt, prædicat ac profitetur) quàm amplificabit. (Amplificatio namq́ conjuncta eſt cum

*Injuſtitia: quò enim quis majora ſibi tribuit, eò plura alijs detrahit.* Keck. ibid.) Donaldſon. p. 266. Keckermann. p. *prox:* cit. can. 2. Gol. p. 177. & ſeq.

*SIMPLICITER ergo narrabit*

1. Τὸ ΤΙ πϱάγματ☉-, *Quid res ſit, vel non ſit.*

2. Τὸ ΠΟΙΟΝ, *hoc eſt, gradum ejus legitimum, Quanta res ſit vel non ſit.* Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 288. can. 1.

III. FINIS. XII. *FINIS eſt* τὸ Καλὸν. *vide ſuperiora* ἀγωνίσματα.

XIII. *EXTREMUM Veracitatis eſt Mendacium* (*Mendacitas* Pontan. libr. 2. de ſerm. c. 3.) *quod conſideratur vel in genere, (in univerſum,* Maurit. libr. 2. Eth. c. 22. §. 5) *vel ſpecie (particulariter* ibid.) Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 294.

*Priori modo conſideratum eſt vitium, quo verbis, geſtibus & actionibus ſignificamus aliquid illi contrarium, quod eſt in mente voluntate & affectu noſtro, tum nempe, quando obligamur illud ſignificare.* hic ibid. *ſive actus vitij, quo quis enunciat de re aliter, quam rem ſe habere ſentit.* Maurit. ibid.

*Committiturq́; dupliciter:* 1. ἐν τῷ ΤΙ πϱάγματ☉-, *Dicendo id, quod non eſt, eſſe, aut quod eſt, non eſſe.* 2. ἐν τῷ ΠΟΙΩ, *Dicendo minus, quod eſt majus, & majus, quod eſt minus, vide* Keckermann. p. 297. can. 3.

*GRÆC.* ψευδολογία Maurit. l. cit.

*Poſteriori modo conſideratum eſt duplex, vel Exceſſus, vel Defectus,*

*Illud eſt mendax affirmatio,* Goclen. in comment. c. cit. Eth. Maurit. *illoq́; plus, quam ipſa res eſt, dicimus.* Magir. p. 395. *vel* (ἐν τῷ ΤΙ) *ea, quæ non habemus, nobis arrogantes,* Donaldſ. p. 268. Keck. p. 297. *vel* (ἐν τῷ ΠΟΙΩ) *ea, quæ habemus, majora, quam illa ſunt, glorioſè venditantes. ex* Maurit. §. 8. *unde &* Phil. 2. Eth. c. 7. ἀλαζονείαν *vocat* πϱοσποίησιν τὴν ἐπὶ τὸ μεῖζον.

*Dicitur LAT. Arrogantia, Iactantia, Vanitas, Oſtentatio* Donaldſ. Keck. ll. citt. *Simulatio,* Maurit. l. cit.

*GRÆC.*

GRÆC. Ἀλαζονεία, 2. Eth. c. 7. περὶ τὸν ἀλαζόνα, quem Euſt. τὸν ἀπὸ τῆς ἄλης ζῶντα, hoc eſt, erronem, planum &c. explicat. Errones namq́; mendacijs inſtructiſſimi eſſe ſolent, & ſeſe ubiq́; jactando falſa plurima veris intermiſcere: licet Svidæ ſit Ἀλαζὼν, quaſi ὁ ἄλλως ζῶν, inaniter & vanè virens: quibusdam ab α Epitat. & λάζομαι, ſumo, quaſi qui multum ſibi aſſumit.

Deſcribitur à Phil. ἀλαζὼν ſic: δοκεῖ δὴ ὁ μὲν ἀλαζὼν προσποιητικὸς τῶν ἐνδόξων εἶναι καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει. 4. Eth. c. cit. & in M. M. libr. & c. citt. ſic: ὁ πλείω τῶν ὑπαρχόντων αὑτῷ προσποιούμενος εἶναι, ἢ εἰδέναι ἃ μὴ οἶδεν, & in Eudem. libr. & c. citt. ὁ ἐπὶ τὰ βελτίω (καθ' αὑτοῦ ψευδόμενος) ἀλαζών.

GERM. Vermeſſenheit/ Vbermütigkeit. Calepin.

Eſtq́; duplex: VEL enim AD NOS, VEL AD ALIOS refertur

SI AD NOS; peccatur ea dupliciter: Namq́; Qui plura ſibi arrogant, quam habent, faciunt id

Vel PER SE, idq́; nullius commodi, quod ex iſta jactantia conſequantur, gratia, ſed tantum ideò, quia delectantur iſta inani gloriatione &c. Suntq́; hi non per ſe mali & improbi, ſed ſtolidi & vani, &c. μάταιοι δὲ φαίνονται μᾶλλον ἢ κακοὶ, quia iſta ſua mentiendi libidine non tam alijs, quam ſibi nocent, ſeipſos alijs deridendos propinantes, & hoc lucrifacientes κἂν ἀληθεύωσι, μὴ πιστεύεσθαι. vide Laert. libr. 5. c. 1.

Vel PER ALIUD, nempe alicujus commodi gratia, &c. Et hi mali ſunt & improbi. vide Mag. p. 396. Sic tamen, ut ſeſe per gradus ſequantur. Commodum autem id vel eſt Gloria, vel Quæſtus. ut Giphan. p. 317. Acciajol. p. 326. Caſ. p. 297. ex Phil. colligunt. ARRogantia Gloriæ (δόξης ἢ τιμῆς) eſt eorum, qui eas res ſibi arrogant, ob quas vulgò homines laudari ſolent, ἐφ' οἷς ἔπαινος ἢ εὐδαιμονισμὸς, qualia ſunt bona corporis & fortunæ, pulchritudo, vires, nobilitas, divitiæ, opes, dignitates. Hanc qui ſectantur non admodum culpandi, οὐ λίαν ψεκτοί. ARRogantia Quæſtus (ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον, item κέρδους) eſt eorum, qui ſibi arrogant ea, quorum uſus hominibus eſt neceſſarius, ἃ ἀπολαῦσαι ἔστι τοῖς πέλας, qualia ſunt bona animi, quæ vulgo uſum

[illegible]

ſeruat, ut diſciplinæ & ſcientiæ. Phil. tres hujus generis aſſert, μάντεις ... ἰατρὰς medicos, σοφὰς ſapientes vide elegantiſs. hic Giph. p. 318. Hanc qui ſectantur reprehenſione digni ſunt, ἀσχημονέστεροι.

Si AD ALIOS;

Alijs plus, quam revera habent, tribuitur: diciturq; κολακεία, Adulatio, Keckerm. ſyſtemat. Eth. p. 297 Aſſentatio, Maurit. libr. 2. Eth. c. 22. §. 5. Sed (cum adiect.) mendax. Diſertè enim Tò mendax addendum, ut Goclen. in comment. c. h. quia Adulatio (ſimpliciter dicta) pertinet propriè ad βωμολοχίαν, propter nimiam familiaritatem, imò eſt exceſſus Affabilitatis. Definiturq; Falſa vel Immodica alterius prædicatio, placendi cauſa inſtituta. ibid. §. 10. Et hic itidem vel PER SE, idq; Nullius, vel PER ALIUD, nempe Alicujus commodi gratia mentimur. vide quæ paulò antè de Arrogantia ad nos ipſos relata diximus.

Hoc eſt mendax negatio, Goclen. in comment. cit. eoq; minus, quam ipſa res eſt, dicimus. Magir. p. 395. ea, quæ nobis adſunt, vel extenuantes, vel negantes, contrariaq; fingentes, Donaldſon. p. 269. Keckerm. ſyſtemat. Eth. p. 298. unde & Phil. 2. Eth. c. 7. dicitur προσποίησις, ἡ ἐπὶ τὸ ἔλαττον.

Dicitur LAT. Diſsimulatio.

GRÆC. εἰρωνεία, 2. Eth. c. 7. a verbo εἴρω.

Diſcribitur à Phil. ὁ εἴρων ſic: ὁ δ' εἴρων ἀνάπαλιν (δοκεῖ) ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιεῖν. 4. Eth. c. cit. & in M. M. libr. & c. citt. ſic: ὁ δ' εἴρων, ἐναντίος τούτῳ (ἀλαζόνι) ὁ ἐλάττω τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ προσποιούμενος εἶναι, καὶ ἃ οἶδε μὴ φάσκων, ἀλλ' ἐπικρυπτόμενος τὸ εἰδέναι. & in Eudem. libr. & c. citt. ὁ ἐπὶ τὰ χείρω καθ' αὑτοῦ ψευδόμενος μὴ ἀγνοῶν, εἴρων.

GERM. Verhaltung / verhälung / Gleyßnerey. Calepin.

Eſtq; duplex: VEL enim AD NOS, VEL AD ALIOS refertur.

Si AD NOS;

Peccatur eâ dupliciter: Namq;

Vel ea, quæ verè ſibi adſunt, alijs tamen incognita (vel quoad τὸ TI,

utrum

*utrum inſint: vel quoad τὸ* ΠΟΙΟΝ, *quo gradu inſint*) *moderatè diſsimulat, & extenuat, περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμποδὼν καὶ φανερὰ εἰρωνευόμενος, idq́ vel PER SE, non alio ſcilicet fine, quam ut arrogantiæ ſuſpicionem evitet, φεύγων τὸ ὀγκηρὸν, ubi non reprehenditur, ſed potius χαρίεντος, hominis elegantibus præditi moribus nomen meretur, cum aliàs in genere, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη (οἱ εἴρωνες) φαίνονται· Vel PER ALIUD, ne ſuis bonis donisq́ alijs ſervire cogatur: ubi reprehenſione dignus eſt.* Magir. p. 398. Giph. p. 319.

*VEL ea, quæ verè ſibi adſunt, quæq́ alijs ſunt cognita, diſsimulat, idq́ Vel Modeſtiæ cauſa, ubi non uſq́ adeo criminandus, Vel ut, ſe ſuaq́ extenuando, majorem modeſtiæ laudem adipiſcatur. vide* Donaldſon. p. 269. & ſeq. Keckermann. ſyſt. Eth. pag. 298. Magir. p. 398. & ſeq. *iſq́ peſsimus eſt. Qui hoc vitio infecti ſunt, dicuntur βαυκοπανοῦργοι, hoc eſt, verſipelles, verſuti, delicati, veteratores. (παρὰ τὸ βαυκὸν, quod inter alia idem ſignificat, quod σεμνὸν, ut ſit βαυκοπανοῦργος quaſi σεμνοπανοῦργος, qui gravitatem aſtutè venatur* Giph. p. 319.) *ἐνίοτε γὰρ (τὸ τὰ μικρὰ καὶ φανερὰ προσποιεῖσθαι) ἀλαζονεία φαίνεται, οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής.* Magir. Keckermann. ibid. *lege inprimis hic elegantiſs.* Mag. *ſuntq́ contemnendi, καταφρόνητοί εἰσι.*

*Si AD ALIOS;*

*Alijs ea, quæ habent, vel adeſſe prorſus negamus, vel etiam nimis extenuamus. vide* Keckermann ſyſtemat. Eth. p. 298. *dicetur non abſurdè (ἐν πλάτει tamen) φθόνος, φθονερία, Invidia, rectius autem καταλαλία ex 1. Petri 2, 1. Detractio, obtrectatio, διαβολὴ, calumnia, ut* Maurit. libr. 2. Eth. c. 22. §. 5. *nonnunquam συκοφαντία,* ibid. §. 11. *Definiturq́ Mendacium, quo aliorum bonum perverſa interpretatione in malum commutatur, vel debita illis gloria maligna æſtimatione minuitur, vel falſum immerenti crimen objectatur.* ibid. §. ult.

*FINIS.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn818547472/phys_0036
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818547472/phys_0037
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818547472/phys_0038
DFG

334. & ſeq. lege & Giphan. hic elegantiſſ. F … 9 ſic:
τωμαπκὰ δὴ φαίνεταί πως εἶναι ἀμφότερα … φόβος)
ὅπερ δοκεῖ πάθους μᾶλλον ἢ ἕξεως εἶναι.

3. Virtus Moralis cadit in omnem ætatem be … tur in o-
mnibus cujuscunq́ ſint ætatis & conditionis. Ver … præcipuè
laudatur in adoleſcentibus, utpote qui, cum perturba … r, vere-
cundia prohibentur à delinquendo, Acciajol. p. … γὰρ δεῖν
τοὺς τηλικούτους αἰδήμονας εἶναι, διὰ τὸ πάθει … ἁμαρ-
τάνειν, ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ κωλύεσθαι. 4. Eth. … ibus eſt
naturalis illecebra ad virtutem, qui namq́ ob pecc … dolet, is
honeſtum amat, οὐ πάσῃ δὲ ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἁ … ῇ νέᾳ.
4. Eth. c. 9. unde Cato Senior ad juvenem … dixit:
Θάῤῥει, τοιοῦτό ἐστι ἀρετῆς τὸ χρῶμα. Confide h … irtutis.
Sed NB. donec per ætatis progreſſum accedunt major … llecebræ
aut etiam cauſæ principaliores virtutis, nempe præc … . vide
Keckermann. ſyſtemat. Eth. p. 311. ca … nibus,
quia habent magis ſedatos affectus & vigent magis r … rerum
agendarum: nec cum delinquunt eam ſe emendandi … vel ſpe-
ciem præbent, quam juvenes, Acciajol. ſpag … lauda-
tur: quia ſenes nil debent admittere, cujus e … il. 4
Eth. ſic: καὶ ἐπαινοῦμεν τῶν μὲν νέων τοὺς αἰδήμο … ον δὲ
οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός. οὐθὲν γὰ … αὐτὸν
πράττειν, ἐφ' οἷς ἐστιν αἰσχύνη. lege Piccol. gr. … han.
p. 327. lectu digniſſimos. quibus adde Keckerm … Phil.
diſp. 27. probl. 2.

4. Omnis virtus Moralis decet virum bonum, … te qui
propter malas exiſtit actiones. οὐδὲ γὰρ ἐπιεικοῦς ἐ … εἴπερ
γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις. οὐδὲ γὰρ πρακτέον τὰ … .

OBST. Actiones turpes & malæ ſunt duplices, … vera,
κατ' ἀλήθειαν αἰσχρά 4. Eth. (re & natura, Gi … ndum
veritatem, Acciajol. p. 335 ex veritate, Ricc … 98.)
ut, furtum, latrocinium, &c. quædam opinione κατὰ δόξ … Eth.
… ndum